



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

4. Quando certus Episcoporum numerus à iure requisitus non potest assistere Episcopo deponenti ac degradanti clericum, assistant totidem Abbates certi eiusdem die[o]cesis, quibus assistere non ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

tit. 8. num. 10. vbi ait sic fuisse resolutum 6. Octobris 1588. & subdit. sub die 24. Maij 1590. fuisse decimum sententias latus ab Auditoribus Nunciorum Sanctissimi in causis appellationum in criminali, nullas esse, nec propter vilitatem publicam & communem partium errorem sustineri.

2. *¶ Vni ex vicinioribus Episcopis.* A decretis, & sententijs ordinarij, qui etiam tanquam Sedis Apost. delegatus ex decreto Concilij processit, appellandum esse ad Metropolitanum, non autem ad Sedem Apostol. tenet Aldan. vbi supra.
3. In causis verò criminalibus, vel beneficialibus specia-

liter commissis Vicario: appellari ab eo ad Episcopum cum dicatur Ordinarius, resoluunt glot. verb. officialium, in cap. 2. de officio vicarij lib. 6. & ibi Lap. num. 12. Anch. nam. 2. Domin. num. 9. Franch. num. 4. in fine. August. Berol. in rub. de offic. deleg. num. 2. & 26. & consil. 22. num. 12. vol. 1. Felin. d. rub. de officio delegat. num. 4. & in cap. licet num. 1. cum seqq. de officio ordinarij, & ot. decif. 7. de Officio Vicarij. alijs 371. in no. uis, Marant. de ordine iudic. part. 4. dist. 5. in princip. num. 16. Anton. Cuch. lib. 2. instit. maior. tit. 8. de vicar. n. 112. cum seqq. Sbroz de officio Vicarij li. 2. q. 55. n. 35. cum seqq. Sanc. de matr. li. 3. disp. 29. num. 6. Iacob. de Laurent. in tract. de iudice suspenso, cap. 4. num. 12. Nicol. Garc. de beneficijs p. 5. ca. 8. nu. 40.

*Acta prima instantia intra triginta dies dentur gratis reo appellanti.*

C A P V T I I I.

- 1 Doctores referuntur de materia huius cap. agentes.
- 2 Intellectus huius decretis.
- 3 Appellans in causis criminalibus tenetur intra sex menses causam prosequi, & expeditione reportare.

**R**eus, ab Episcopo, aut eius Vicario in spiritualibus generali, in criminali causa appellans, coram iudice, ad quem appellauit, a *acta prima instantia omnino producat*: & iudex, nisi illis visis, ad eius absolutionem minimè procedat. Is autem, à quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat, alioqui absque illis causa appellationis huiusmodi, prout iustitia sua fuerit, terminetur.

1. **V**ide Sbroz de officio Vicarij lib. 3. qust. 9. vbi de intellectu, Soar. de Pace in pract. tom. 2. part. 5. cap. vnic. num. 14. Mendez de Castro in praxi Lusitana lib. 2. cap. 11. num. 14. Nouar. in singul. iuris canonice. sing. 7. nouissimè Stephan. Vveym ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas, & per Concil. Trident. innouatas, consil. 27. num. 15. & 16. pag. 195. Narbona l. 33. gloss. unica num. 4. tit. 25. lib. 4. Recopil.
2. Intelligendum esse hunc text. de persona iudicis, qui in criminali causa sententiam tulit, à qua appellatum fuit, vt scilicet quantum in se erit acta ipsa postulanti exhibeat gratis, itaut nullam mercedem sibi eo nomine accipiat: verò e. 20. sess. 24. de reform. intelligendum esse de persona Notarij, qui ipsam actorum copiam tenebitur exhibere appellanti congrua mercede accepta, resoluunt Sbroz d. loco & Aldan. in compendio Canon. resolut.

lib. 5. tit. 8. num. 30. vbi refert ita decifum sub die 27. Septembris 1627. *Acta prime instantia omnino producat.* In causis criminalibus, qui pecuniariam passus fuerit sententiam, si casus sit appellabilis, vt supra ad e. 1. dictum est, tenebitur appellans infra sex menses à die ipsius interpositæ appellationis computandos ita coram iudice appellationis causam suam prosequi, vt etiam expeditionem reportet, quibus elapsis, & expeditione coram iudice à quo non reproducta, tenetur idem iudex à quo ad quancunque fisci instantiam, etiam si acta fuerint transportata, sententiam ipsam debitæ executioni omni mora postposita demandare, vt statuit sanctæ mem. Pius V. in sua const. 143. incip. Licet, refert Massobr. de diacefana Synodo, c. 4. dub. 21. secundum Romanam impress.

*Quando certus Episcoporum numerus à iure requisitus non potest assistere Episcopo deponenti ac degradanti clericum, assistant tot idem Abbates certi eiusdem diæcesis, quibus assistere non valentibus assistant persone alioquin in dignitate constituta.*

C A P V T I V.

- 1 Doctores de materia huius cap. agentes.
- 2 Degradationem realem, & curiæ seculari traditionem quæ crimina mereantur.
- 3 Episcoporum numerus qui requiratur in degradationibus.
- 4 Vicarius generalis proprij Episcopi potest ad verbalem Presbyteri depositionem procedere, ad actualem verò solus proprius Episcopus.
- 5 Episcopus electus, & confirmatus ante consecrationem non potest actualiter clericum degradare.
- 6 Prelati Religiosorum non habent iure communi facultatem deponendi, vel degradandi suos subditos.
- 7 Crimina qua merentur verbalem depositionem.
- 8 Abbates degradationi assistentes sunt iudices assessores.

**C**um vero tam grauiam nonnunquam sint delicta, ab Ecclesiasticis commissis personis, vt ob eorum atrocitatem à sacris Ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradendæ seculari, in quo secundum sacros canones, certus Episcoporum numerus requiritur, quos si omnes adhibere difficile esset, debita iuris executio differretur, si quando autem interuenire possent, eorum residentia intermitteretur, propterea statuit & decreuit, Episcopo per se, seu illius Vicarium, in spiritualibus generali, contra Clericum, in sacris etiam presbyteratus Ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem, & necnon verbalem depositionem, & per se ipsam etiam ad actualem, atque solemnem degradationem ab ipsis Ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis, in casibus, in quibus aliorum Episcoporum præsentia, in numero à canonibus definito, requiritur, etiam absque illis procedere liceat, adhi-

Barbos. Colect. in Concil. Trid.

G 2 bitis

a Carth. 10. vide 3. q. 8. Iuggero. & 25. q. 7. Felix Episcopus. b 2. Hispal. cap. 6. c Cap. si quis cum seq. 14. q. 7. e. degradatio de P. nit. in 6.

bitis tamen, & in hoc sibi *†* assistentibus totidem Abbatibus, vsu mitra & baculi ex privilegio Apostolico habentibus, si in ciuitate, aut diocesi reperiri, & commodè interesse possint, alioquin alijs personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graues, ac iuris scientia commendabiles existant.

- D**E materia huius text. vide Locat. in opere iud. verb. degradatio, Conrad. Brun. de haret. lib. 4. ca. 13. Simanc. de Cathol. institut. tit. 46. num. 69. Ioan. Roj. in singularibus sibi singul. 48. Bernard. & Salzed. in pract. cap. 143. in nouiss. ed. Henriq. in summa lib. 13. c. 55. §. 2. Menoch. de arbit. casu 415. Sbroz. de Officio Vicarij lib. 2. quæst. 157. Cened. ad Decretal. collect. 65. num. 3. Zerol. in praxi Episcop. verb. degradatio. Piafec. in simili praxi part. 2. cap. 4. num. 93. in fine. & num. 94. Farin. in praxi crimin. p. 1. quæst. 8. num. 72. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 1. cap. 4. à num. 47. Mar. Alter. de censur. tom. 2. disput. 2. cap. 1. vers. degradatio. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 3. tract. 2. num. 52. Carol. de Grassi. de effectibus cleric. esset. 1. à num. 81. Monet. de distribut. quotidian. quæst. 17. à num. 1. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de favore clericorum personali §. 10. à num. 3. Fernandez in examine Theologia moralis p. 2. cap. 14. §. 1. Scip. de Rubens. & Gauant. in aphorismis Episcop. verb. degradatio, Illustriss. D. Roder. à Cunha in tract. de Confessoribus sollicitantibus mulieres in Confessione q. 24. metipsum de Officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 110.
- ¶** *¶* Ut ob eorum atrocitatem, &c. ] Crimina, que iure communi attentio merentur realem degradationem, & curie seculari traditionem, tria principaliora numerantur, videlicet hæresis, falsi in litteris Apost. commissi, & conspirationis contra proprium Episcopum, de quibus omnibus egi d. alleg. 110. num. 11. his addendum duxi plura alia summorum Pontific. constitutionibus expressè eautata, crimen scilicet nefandum, ibid. num. 19. crimen abortus animati, etiam ibid. num. 20. crimen sollicitantium mulieres in confessione, si delicti grauitas petat, ibi num. 20. & non ordinatum celebrantium, vel sacramentalem confessionem audientium, etiam ibi num. 18. ac incorrigibilium, qui transferunt in profundum omnium malorum, ac commiserint aliquid immane, & horrendum delictum, ibid. quoque num. 13.
- ¶** *¶* Certus Episcoporum numerus requiritur. ] Videlicet duodecim Episcoporum, si degradetur Episcopus, sex si degradetur Presbyter, tres si Diaconus, vel Subdiaconus degradentur, vt in cap. si quis tumidus, & in cap. felix. 15. quæst. 7. Ita Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 143. vers. non tamen, in fine, Piafec. d. part. 2. cap. 4. num. 93. in fine, Mar. Alter. d. disput. 2. cap. 7. à princ. Bellet. d. §. 10. num. 7. Ego ipse d. alleg. 110. num. 22.
- ¶** Episcopo per se, seu illius Vicarium, &c. ] Possè proprii Episcopi Vicarium generalem contra clericum in facris etiam presbyteratus Ordine insignitum ad illius condemnationem, & verbalem depositionem procedere, ad actuale verò solum Episcopum proprium per se ipsum, resoluit Henriq. in summa lib. 13. c. 43. §. 5. Soar. de censur. disput. 30. sect. 1. num. 19. Auila eod. tract. part. 3. disput. 5. dub. 1. concl. 3. Sayr. in simili tract. lib. 5. c. 20. num. 18. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 1. cap. 4. num. 47. & 48. Aldrete de religiosa disciplina tuenda lib. 1. c. 3. num. 18. Piafec. d. c. 4. num. 93. in fine, Bellet. d. §. 10. num. 7. Seraphin. de Freitas ad tract. Illustriss. D. mei Roderici à Cunha de Confessoribus sollicitantibus mulieres in Confessione, quæst. 24. num. 107. Ego ipse d. alleg. 110. num. 7.
- ¶** Episcopum electum, & confirmatum ante consecrationem non posse actualiter clericum degradare, quia huiusmodi degradatio videtur quidam actus Ordinis dependens ab ipsa consecratione, posse tamen verbaliter deponere etiam in Ordine ad actuale degradationem, quia est actus solius iurisdictionis, resoluit Mar. Alter. d. tom. 2. disput. 2. cap. 7. vers. quarunt Doctores, ego ipse d. allegat. 110. num. 24.
- ¶** Prælatos Religiosorum non habere facultatem deponendi, vel degradandi suos subditos, nisi illis concessum sit per privilegium, vel consuetudinem à Romano Pontifice, toleratam, tenent Sayr. d. c. 20. num. 28. Syluest. in summa verb. degradatio 1. Auila d. disput. 5. dub. 4. post alios Bonacina de censuris disput. 4. puncto vnic. num. 8. Ego ipse d. allegat. 110. num. 25.
- ¶** Necnon verbalem depositionem, &c. ] Crimina quæ merentur verbalem depositionem, referunt Bertachin. de Episcopo part. 8. lib. 4. tit. de causa mæ. degra. Henriq. d. cap. 55. §. 5. Monet. d. q. 17. num. 6. Ego ipse d. alleg. 110. num. 10.
- ¶** Assistentibus totidem Abbatibus, &c. ] Illos esse iudices assessores, ac proinde eorum suffragio standum esse, post Gemin. & Sylu. resoluit Soar. de censur. 5. disput. 30. sect. 1. n. 20.
- ¶** Contra Aldret. de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 17. num. 15. existimantem eos nec assessores, nec consultores esse, sed adhibitos ad solemnitatem.

*Gratias mendacijs, aut taciturnitate extortas pro remissione peccati, aut pœnæ, ad quam criminofus fuerat condemnatus, reuocet is, qui gratiam fecisse videatur.*

#### C A P V T V.

- 1 Principis venia dicitur subreptitia, non facta mentione de iterato crimine.
- 2 Remissio obtenta alicuius delicti non facta mentione prioris condonationis eiusdem, vel alterius eiusdem generis, est subreptitia.
- 3 Gratia subreptitiè impetrata est ipso iure nulla.
- 4 Expressio quælibet falsa vitiat gratiam, etiam quod aliàs esset Principis concessurus.

**E**T quoniam per fictas causas, quæ tamen satis probabiles videntur, interdum accidit, vt nonnulli eiusmodi gratias extorqueant, per quas pœna, illis Episcoporum iusta seueritate inflicta, aut remittuntur omnino, aut minuuntur, cum non ferendum sit, vt mendacium, quod tantopere Deo displicet, non modo ipsum impunitum sit, a verum etiam alterius delicti veniam impetret mentienti: idcirco, vt sequitur, statuit, & decreuit Episcopus apud Ecclesiam suam residens, de surreptione, & obreptione gratiæ, quæ super absolutione alicuius publici criminis, vel delicti, de quo ipse inquirere ceperat, aut remissione pœnæ, ad quam criminofus per eum condemnatus fuerit, falsis precibus impetratur, & per se ipsum, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, etiam summarie cognoscat, ipsamque gratiam, postquam per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam esse, legitime constiterit, non admittat.

a Ex d. 23. Leuit. 19. Pro. 6. & 10. 12. & 19. c. si quis dixerit, cum seq. & c. nemo petitorum 13. q. 3. b c. super litteris. & cap. cum dilecta de restitpt.

Vide Franc. Leon. in thesauro fori ecclesiast. part. 2. cap. 2. num. 66.

*a* Verum etiam alterius delicti veniam, &c. ] Subreptitiam dici Principis veniam non facta mentione de iterato

crimine, tenent Padil. in l. transgere. num. 63. C. de transact. Tiraquell. de penis temper. causa 10. num. 4. Henriquez in summa lib. 13. cap. 30. §. 1. Guet. canon. lib. 2. cap. 15. num. 86. Cened. ad Decretal. collect. 34. numero 4. Farinac. in praxi